ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 61r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



mortua sunt. Si enim ita est quid dicendum de anima
libus quorum natura nec semper in aridis nec semper in humi
dis uiuere potest. sicut sunt lutri et uitulimarini et mul
ta auium genera In aquis uictum requirunt sed in aridis
dormiunt nutriunt et requiescunt. Dicendum est enim quia
potuit uirtus diuina utramque eorum naturam donec di
luuium transiret temporare ut aut in humido tantum
aut in arido uiuere possint. Hi si forte extra arcam
in aliqua eius parte loca illis preparate essent, unde
et in aquis uiuere et in aridis requiescere potuissent;
Recordatus autem dominus noe adduxit spiritum super terram et in
minutae sunt aquae. De illo spiritu intellegi potest de
quo dictum est. spiritus dei ferebatur super aquas; Tunc enim
ferebatur ut congregatis aquis in suum locum terra ap
paruisset. Hunc autem adductus dicitur ut ablatis de me
dio aquis diluuii faciem terrae reuelaret: Potest
intellegi iuxta illud psalmistae et stetit spiritus
et spiritus nomine uentus procellae, cuius flatibus crebris
aqua cogere et recedere. Et reuersae sunt aquae de
terra euntes et redeuntes. dum dicitur reuersae sunt aquae de
terra euntes et redeuntes. Uidetur iuxta litteram
quia omnis fluuiorum acriuorum decursus per occultas
terrae uenas ad matricem abyssi redeunt iuxta illud
salomonis. ad locum unde exeunt flumina reuertuntur.

Cap. 8.